

Nuevos Documentos Vaticanos de la Diócesis de Palencia en la Edad Media (siglos XIV-XV)

Saturnino Ruiz de Loizaga

Continuando en nuestro propósito de ir publicando las valiosas fuentes del Archivo Vaticano, referentes a la historia de la actual diócesis de Palencia, ofrecemos hoy 14 documentos nuevos. Nuestra finalidad –he tenido ocasión de exponerlo en anteriores trabajos¹– es el de agrupar en beneficio de los estudiosos los documentos de una cierta importancia que hacen referencia a la historia palentina, de modo especial a los siglos XIV-XV. Decía H. Gombrich que: “las fechas son los clavos indispensables para colgar el tapiz de la historia”².

El Archivo Secreto Vaticano, reconocido como el más insigne y el más importante archivo del mundo, se distingue asimismo por la abundancia y variedad de sus fondos. Nosotros aquí sólo publicamos documentos referentes a tres fondos. Registro de las Súplicas, registro Vaticano y registro Aviñonense.

Este archivo, si bien en grandísima parte viene consultado por los estudiosos, conserva oficialmente la calificación de “Secreto”, como se usaba llamar en el pasado a los archivos de los Soberanos, que se consideraban como archivos privados y se utilizaban sólo por razones de Estado o de Gobierno, salvo algunas excepciones concedidas a los eruditos.

La documentación pontificia, reunida a través de los siglos en el Archivo Vaticano, se halla hoy distribuida en las diversas secciones de aquel centro; sobre todo en los registros de las Bulas, las cuales forman como el armazón histórico de la Curia Pontificia.

Nosotros, en general, hemos preferido el registro de las Súplicas [*Registrum Supplicationum*] del que derivan las *Bulas* y los *Breves*, por ser las primeras más breves, ya que en las bulas suele repetirse el contenido dándolo primero a modo de exposición de la demanda y luego en la concesión. Además del formulismo protocolario de las bulas, sobre todo las cláusulas finales las hacen a veces interminables. A toda súplica corresponde, en principio, una bula. De manera que en las súplicas radica el germen y el principio de todos los

¹ RUIZ DE LOIZAGA, S., *Lo sacro y lo profano en la España de los siglos XIV-XV según documentos del Archivo Vaticano*, Miranda de Ebro, 2007.

² GOMBRICH, E. H., *Historia del Arte*, Madrid, 1968, pág. 129.

demás registros. Si exceptuamos el formulario, los datos contenidos en la súplica venían reproducidos fielmente en la bula. La súplica y la correspondiente bula llevan siempre la misma fecha³.

CONTENIDO DE LA DOCUMENTACIÓN

Ofrecemos a continuación 14 piezas que se añaden a las 21 del anterior número de Tello Téllez de Meneses⁴. Todas encierran un cierto interés tanto desde el punto de vista eclesiástico y religioso, como bajo el aspecto social, toponímico, monástico, etc.

De los 14 documentos quiero resaltar cómo en dos de ellos se hace referencia a las consecuencias de la “*peste negra*” (documentos 2 y 14) en la diócesis de Palencia.

A la gran mortandad de los años 1348-1349, sucedieron una serie de oleadas epidémicas que afectaron a la Península en la segunda mitad del siglo XIV. Así, las de los años 1360-1362, 1373-1374 y 1383⁵. Las repercusiones y nefastos efectos sociales y económicos de unas y otras todavía estaban presentes en los cabildos y corporaciones eclesiásticas de la diócesis de Palencia a finales del siglo XIV y a principios y mediados del siglo XV, especialmente en lo que atañe a la disminución de rentas y reducción de ingresos –(debido a las malas cosechas y a la falta de mano de obra)–, la exención de tributos, y por consiguiente, la dificultad de conceder y asignar beneficios eclesiásticos que la muerte había dejado vacantes, por lo que los cabildos y monasterios, para hacer frente, se vieron obligados a tomar medidas en todos los ámbitos y de este modo paliar los efectos.

Que la mortandad incidió de forma directa en el proceso despoblador, no nos cabe la menor duda. Cabrillana, el principal estudioso de los despoblados de la Península Ibérica –y concretamente del obispado de Palencia–, ha afirmado categóricamente que la “aparición en España de la Peste Negra borró del mapa para siempre buena cantidad de lugares”⁶. Este autor, –como otros muchos, debido a la carencia de fuentes–, estudia la mortandad causada por la peste negra a través de vías o testimonios indirectos, como las vacantes en los

³ Cfr. números 12 y 13.

⁴ *Publicaciones de la Institución Tello Téllez de Meneses, PITTm*, 77 (2006) pp. 359-383.

⁵ En el documento número 2 (año 1418) se hace mención de la peste y de la intervención los papas Clemente VII (1378-1394) y Benedicto XIII (1394-1423) en relación con los canónigos palentinos.

⁶ CABRILLANA, N., “La crisis del siglo XIV en Castilla: la peste negra en el obispado de Palencia”, *Hispania*, 18, 1968, pp. 245-258.

cargos eclesiásticos o municipales, la multiplicación de los testamentos, necrologías, aumentos de los precios y salarios, presencia de despoblados. Con estos nuevos documentos que publicamos queremos remediar la penuria y la carencia de datos sobre la peste negra en Castilla⁷.

Tres documentos están dedicados a diferentes centros o recintos marianos: Santa María de Benevívere (nº 3), Santa María de Otero (nº 9) y Santa María de Argalosa de Flechilla (nº 4).

Santa María de Benevívere, junto a Carrión de los Condes, en el Camino de Santiago, perteneciente a los Canónigos Regulares. Abadía que había sido fundada en 1169. Tuvo una importancia capital entre las abadías de Castilla y León en los siglos XII, XIII y XIV (poco inferior a las de Sahagún y San Zoilo de Carrión), desapareció en 1835 con la Desamortización, casi han desaparecido aún las mismas ruinas⁸.

Tenía dos abadías sufragáneas: Trianos (León) y Villalbura (Burgos); y seis prioratos: Santiago de la Tola, en Ceinos de Campos (Valladolid), San Salvador de Villaramiel (Palencia), San Martín de Pereda, en Riaño (León), Santa María de la Puente, junto a Benavente (Zamora), Nuestra Señora de Mañino, municipio de Sotobañado (Palencia), y San Torcuato, junto a Benevívere.

Nuestra Señora de de Otero (año 1457), cerca de la ciudad de Palencia, en un cerro de forma cónica se levanta la ermita dedicada a Nuestra Sra. del Otero, a la que los palentinos profesan gran devoción. Casi con toda seguridad este documento nos ofrece la primera noticia de dicha ermita, pues hasta ahora la fecha más antigua se remontaba a una inscripción que hay en uno de sus muros: “Juan de Tordesillas, canónigo, cercó esta iglesia de pared a su costa; falleció el 8-VI-1514”⁹.

Santa María de Argasola de Flechilla (año 1418). Una muestra de la religiosidad de los habitantes de la diócesis de Palencia en la Edad Media es el cariño, la estrecha vinculación a sus lugares de culto. El impulso de una fe ardiente hacia su parroquia, su ermita, su Virgen, les mueve muchas veces a tomar decisiones tan importantes como recurrir al Papa para obtener sus concretas demandas, en este caso la reconstrucción de Santa María de Argasola, cerca de Flechilla a través de las indulgencias.

⁷ A estos hay que añadir otros dos documentos publicados recientemente por un servidor referentes a la diócesis de Palencia y a la actual provincia de Valladolid, cfr. RUIZ DE LOIZAGA, S., *Lo sacro y lo profano en la España de los siglos XIV-XV según documentos del Archivo Vaticano*, Miranda de Ebro, 2007, pág. 39, nº 10; pág. 42, nº13.

⁸ Existe muchísima documentación pontificia referente a este monasterio.

⁹ *Diccionario de Historia Eclesiástica de España*, vol. IV, Madrid 1975, pág. 2308.

Buena parte de la presente documentación está dedicada a la abadía de *Hérmides o Hermidas, Hermedes, Hermida*, en tierra de Baltanás (Palencia) y que muy fácilmente se puede confundir con otro monasterio antiguo homónimo, en la provincia de Burgos también llamado Hermedes¹⁰. Me insta resaltar que de esta abadía de Hérmides de Cerrato fue administrador y abad Rodrigo Borja, luego papa, con el nombre de Alejandro VI. Vemos asimismo que este importante miembro de la Iglesia se interesa de la restauración de la iglesia del pueblo de Hérmides, dedicada a San Juan Bautista y Evangelista (docs. 12 y 13).

El documento nº 6 se refiere a la judería del pueblo de Cisneros. En esta misma revista se publicó la bula correspondiente (documento nº 9¹¹). Hoy ofrecemos la súplica.

Dos documentos tienen que ver con las monjas clarisas de Amusco y Calabazanos (números 8 y 10). El monasterio de Amusco había sido fundado en el pontificado de Eugenio IV (año 1446), con el título de Ntra. Sra. de la Esperanza, a instancias de don Pedro Manrique, adelantado del reino de León y de su esposa doña Leonor. En vista de que las religiosas vivían con mucha estrechez e incomodidad, el 22-VI-1458 piden y obtienen del Papa Calixto III trasladarse a Calabazanos, cuyo monasterio tomará el título de Nuestra Señora de la Consolación, y a cuya iglesia debían ser trasladadas las cenizas de los Manriquez que estaban sepultados en Amusco¹².

¹⁰ *Diccionario de Historia Eclesiástica de España*, vol. III, Madrid, 1973, pág. 1574. Cfr., SERRANO, L., *El obispado de Burgos y Castilla primitiva*, Madrid, 1935, vol. II, pág. 97, vol. III, pág. 53.

Hermedes (Burgos)
1426, enero 2, Roma
Reg. Suppl. 194, fols. 70v-71r.

Supplicat S. V. devotus et humilis religiosus et orator vester frater Petrus de Scobar de nobili genere procreatus, laicus ordinis Sancti Anthonii Legionen. dioc.... supplicat S. V. quatenus, sibi specialem gratiam facientes de ecclesia heremitorii atque domo heremitorium Sancti Stephani de Heremedes prope Sanctum Ciprianum Burgensis dioc. in qua antiquitus solebat habitare unus heremita vel plures et nuper in illa fuerunt aliqui fratres Tertie regule, quorum aliqui nuper obierunt et alii recesserunt et qua ... dimisserunt locum eidem fratri Petro dignemini misericorditer providere, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis universis..., cuius fructus etc. triginta florenos Aragonie secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, non obstante quod frater Lupus de Scobar, laicus intrusus, dictam domum deteneat, sine iusto titulo occupatam. Non obstantibus consuetudinibus, constitutionibus dicti Ordinis Sancti Antonii et aliis non obstantibus; et clausulis oportunitis

Concessum // ut petitur.

Datum Rome apud Sanctos Apostolos, quarto nonas ianuarii, anno nono.

¹¹ *PITTM*, 77 (2006), nº 9, pág. 372.

¹² Publica el documento, POU Y MARTI, I., *Bullarium Franciscanum*, nova series, tomo II, Quaracchi, 1939, pp. 236-237. Cfr. CASTRO, M., "Monasterios hispánicos de Clarisas desde el siglo XIII al XVI", *Archivo Ibero-Americano*, 49 (1989), pp. 102-103.

Por último, un documento está dedicado a la Encomienda de San Juan de Jerusalén y a su hospital de Bamba, diócesis de Palencia, pero hoy perteneciente a la provincia de Valladolid (doc. nº 7).

Finalmente ofrecemos dos documentos que atañen o están relacionados con beneficios eclesiásticos (números 1 y 5) referentes a San Pedro de Amusco y a Santa Eulalia de Paredes de Nava.

Documentos

1

1415, abril 17, Valencia

Los beneficiados y clérigos de la iglesia parroquial de San Pedro de Amusco, diócesis de Palencia, solicitan del papa Benedicto XIII de Aviñón la unión e incorporación perpetua de la iglesia rural de Santa María, construida cerca de los muros de dicha villa, cuyas entradas o ingresos pasan de las 30 florines de oro al año.

Reg. Aven. 347, fols. 309r-309v

Ad futuram rei memoriam.

Ad ea ex apostolice servitutis...

Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum perpetuorum beneficiatorum et clericorum parochialis ecclesie Sancti Petri ville de Hamusco, Palentin. dioc. petitio continebat, // quod omnes ipsi quandam ruralem ecclesiam sub invocatione beate Marie extra muros dicte ville constructam, a tanto tempore citra, de cuius contrario memoria hominum non existit, possederint et possideant pacifice et quiete, in ea missas et alia divina officia celebrando, pro parte ipsorum beneficiatorum et clericorum fuit nobis humiliter supplicatum, ut ruralem ecclesiam predictam prefate parochiali ecclesie in perpetuum incorporare, anectere et unire de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, huiusmodi supplicationibus inclinati, dictam ruralem ecclesiam, cuius fructus, redditus et proventus, illam pro tempore obtinenti et eidem deservienti ultra triginta florenos auri, ut ipsi beneficiati et clerici asserunt, non valent communiter annuatim, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem parochiali ecclesie auctoritate apostolica in perpetuum incorporamus, anectimus et unimus, ita quod liceat eisdem beneficiatis et clericis per se vel alium de novo corporalem possessionem ruralis ecclesie, iuriumque et pertinentium predictorum auctoritate propria apprehendere et perpetuo retinere, fructusque, redditus, proventus, iura et obventiones ipsius ruralis ecclesie in suos et dictarum ecclesiarum usus convertere, diocesani loci et alterius cuiuscumque licentia minime requisita, non obstante si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales Apostolice Sedis vel legatorum eius litteras impertrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem litteras et processus habitos per easdem ad dictam ruralem ecclesiam volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, et quibuslibet privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcumque tenoris existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis, proviso quod ruralis ecclesia supradicta debitis non fraudentur obsequiis, sed supportentur debite ipsius onera consueta; nos enim ex nunc irritum decernimus et inane si secus super his a quo-

quam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo etc. nos-
tre incorporationis, annexionis, unionis, constitutionis et voluntatis infringere etc.

Datum in civitate Valentin. provincie Terraconen., XV kalendas maii, anno
vicesimo primo.

2

1418, abril 8, Florencia

El obispo de Palencia, Rodrigo de Velasco, pide al papa Martín V la anulación de la unión y concesión de ciertos beneficios y prestimonios de la diócesis, otorgados por los papas Clemente VII, Benedicto XIII de Aviñón al Capítulo de los canónigos palentinos y confirmados también por Martín V sobre falsas indicaciones del susodicho Capítulo, debido a la disminución de los propios réditos con ocasión de las diversas pestes. Se encarga al obispo de León y al abad de San Benito de Valladolid la ejecución de dicho mandato.

Reg. Suppl. 123, fols. 59r-59v.

Exponitur S. V. pro parte devote facture vestre Roderici episcopi¹³ Palentin., quod dudum pro parte decani et capituli ecclesie Palentin. quondam Clementi VII¹⁴ in eius obedientia, de qua partes ille tunc erant, nuncupato falso exposito quod in ipsa ecclesia octuaginta erant prebende¹⁵ et quod fructus, redditus et proventus mense capitularis dictorum capituli propter guerras et *mortalitatum pestes*, que in partibus illis vigerant, extiterant in magna quantitate diminuti, quodque in ecclesia predicta ac in dioc. Palentin. erant nonnulla prestimonia¹⁶, quorum aliqua per canonicos, aliqua per personas ipsius ecclesie et alia per alios clericos perpetuos in eadem beneficiatos obtinebantur, ac canonici persone et beneficiati predicti ratione prestimoniorum huiusmodi ad aliquod servicium in eadem faciendum plusquam alii canonici persone et clerici in eadem nulla prestimonia obtinentes minime fuerant astricti, idem Clemens prestimonia predicta ad decani et capituli predictorum supplicationem cum omnibus iuribus et pertinentiis suis mense predictae in perpetuum incorporavit, annexit et univit. Et subsequenter Petrus de Luna, olim Benedictus XIII¹⁷, qui in eadem obedientia prefato Clementi immediate successerat, postquam omnes uniones de quibusvis beneficiis ecclesiasticis, quacumque auctoritate, quibusvis mensis episcopalibus et beneficalibus factis, que tunc suum non erant sortite effectum, revocaverat, ad dictorum decani et capituli, asserentium quod licet ipsi ante dictam cassationem et annulationem predictorum nonnullorum prestimoniorum tunc vacantium possessionem apprehendissent ac in usus proprios tenuissent, tamen propter decretum cassationem et annulationem huiusmodi

¹³ Rodrigo de Velasco, obispo de Palencia (1417-1426), asesinado.

¹⁴ Papa de Aviñón (1378-1394).

¹⁵ Renta aneja a un oficio eclesiástico.

¹⁶ Se llama así cierto estipendio procedente de bienes eclesiásticos concedido a un clérigo para su sustento, principalmente durante sus estudios.

¹⁷ Papa de Aviñón de 1394-1423.

unionis predictae // suum non poterant consequi effectum, supplicatis eis per alias suas litteras quod incorporatio, annexio et unio huiusmodi quoad tot ex prestimoniis supradictis quod et aliorum que fuerant assecuti fructus etc., mille et quingentos florenos auri de Aragonia valerent annuatim et huiusmodi valorem non excedunt, perinde valerent, ac si cassatio et annullatio huiusmodi facte non fuissent duxit acceptandum. Postmodum vero E. S. V. ad decani et capituli predictorum asserentium quod cassatio, irritatio et annullatio predictae... Et nihilominus pro potiori cautela E. S. tot prestimonia huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis de novo eidem mense in perpetuum incorporavit, annexit et univit, prout in diversis apostolicis super hoc confectis litteris plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, littere ipse ad falsam suggestionem dictorum decani et capituli asserentium quod fructus, redditus et proventus predicti erant in magna quantitate diminuti... nam canonici persone et beneficiati predicti quanto ditiores effecti fuerunt tanto magis ad interesendum divinis officiis in ipsa ecclesia negligentes erunt, et unio, annexio // et incorporatio in magnum dicti episcopi preiudicium, ad quem collatio et omnimoda dispositio dictorum prestimoniorum pertinet, ipso non vocato nec requisito facta existit, necnon littere apostolice super unione, incorporatione et annexione huiusmodi contra constitutiones et ordinationes eiusdem Sanctitatis expedite sint, nam iuxta ipsas constitutiones et ordinationes verus valor prestimoniorum et fructuum et reddituum dicti capituli expressus non existat, sed abque illorum expressorum commissione ad partes prout fieri debuit littere ipse expedite existant, dignetur E. S. V. alicui presbytero viro in partibus committere et mandare, ut de premissis se informet et, si predicta vel aliquid ipsorum per dictum episcopum exposita esse vera reperit, prefatas incorporationes, annexiones et uniones et litteras predictas casset, irritet et annullat ac cassas, irritas et nullas esse declarat.

Fiat et committatur episcopo Legionensi vel priori Sancti Benedicti Vallisoleti. O¹⁸.
Datum Florentie, sexto idus aprilis, anno secundo.

3

1419, agosto 21, Florencia

Juan González, prior de Santiago de la Toda, diócesis de León, canónigo del monasterio de Benevivere, de la Orden de los Canónigos Regulares de San Agustín, diócesis de Palencia, temiendo ser obligado por su abad a vivir en aquel priorato solo, pues no hay otros, pide al papa Martín V poder habitar en un monasterio cercano a dicho priorato de Toda.

Reg. Suppl. 129, fols.214v-215r o 208v

Beatissime Pater. Exponit S. V. devotus vester Iohannes Gundissalvi, prior prioratus sancti Iacobi de la Tola, Legionen. dioc., canonicus expresse professus monasterii beate Marie de Benevivere, ordinis Canonicorum Regularium sancti Augustini, dioc. Palentin., quod ipse timet per abbatem monasterii beate Marie predicti ad prioratum predictum, qui per decem leucas ab eodem distat, in quo alii canonici regulares non

¹⁸ Otto Colonna = papa Martín V.

degunt, transmitti, ipseque cupiat continue sub regulari observantia vivere, ut Altissimo perpetuo valeat famulari, necnon prioratum predictum, cuius etiam penitus destituta ac eius possessiones et bona eiusdem redimere et recuperare, quod tantum facere non poterit in eodem prioratu degendo, cum eius fructus et redditus ad hec non sufficiant, idcirco supplicat S. V. predictus Iohannes, quatenus ut ipse totiens quotiens per predictum eius abbatem ad in prioratu prefato inhabitandum transmissus fuerit, in aliquo monasterio ordinis predicti, prioratui antedicto vicino, ubi benivolam repererit receptionem, absque abbatis predicti licentia inhabitare, Altissimo inibi famulari //; non obstantibus et clausulis oportunis ut in forma.

Fiat ut petitur O¹⁹.

Datum Florentie, duodecimo kalendas septembris, anno secundo.

4

1418, noviembre 8, Florencia

Se pide al papa Martín V cinco años y cuarenta días de indulgencia para todos aquellos que en determinadas fiestas litúrgicas visiten la iglesia de Santa María de Argalosa, en territorio de Flechilla, o asistan a las misas, visperas, o se acerquen al cementerio de aquella iglesia, o bien, ofrezcan limosnas para la fábrica de la iglesia y otras cosas necesarias, o incluso, dejen en el testamento algún caritativo subsidio.

Reg. Suppl. 133, fols. 280r-280v.

Dignetur Sanctitas Vestra, omnibus et singulis christifidelibus, qui ad ecclesiam beate Marie heremite de la Argalosa in territorio de Freschillia, dioc. Palentin. situatam, causa devotionis, orationis aut peregrinationis accesserint, seu qui missis, predicationibus matutinis, vespers aut aliis quibuscumque divinis officiis interfuerint, aut qui cimiterium dicte ecclesie pro animabus corporum inibi iacentium exorando circumvenerint, necnon qui ad fabricam de bonis a Deo sibi collatis, luminaria, ornamenta aut quevis alia dicte ecclesie necessaria erogaverint et manus porrexerint adiutrices, vel qui in eorum testamentis aut extra aurum, argentum, vestimentum aut aliquod aliud caritativum subsidium dicte ecclesie ad augmentationem divini cultus et sustentationem servitorum inibi in diurnis famulantium donaverint seu largierint aut donari vel legari procuraverint, quotiens premissa vel aliquod premissorum devote fecerint singulis festivitibus et in Dedicatione illius ecclesie aliisque festis infra scriptas, videlicet, Natalis Domini, Circumcisionis, Epiphanie, Parascevis, Pasche, Ascensionis, Pentecosthes, Corporis Christi, Inventionis et Exaltationis Sancte Crucis, in Michaelis Arcangeli, Nativitatis et Decollationis beate Iohannis Baptiste, beatorum Petri et Pauli apostolorum et Omnium Sanctorum, Apostolorum et Evangelistarum, sanctorumque Stephani, Laurentii, Vincentii, Clementis, Georgii, Blasii sanctorum martyrum, Nicolai, Gregorii, Augustini, Ambrosii et Ieronymi // confessorum; sanctarumque Marie Magdalene, Catherine, Margarite, Cecilie, Lucie, Agathe, Agnetis et undecimillium virginum; in commemoratione Omnium Sanctorum et per octavas dictarum festivitatum, octavas haben-

¹⁹ Otto Colonna = papa Martín V.

tium, quinque annos et tot quadragenas de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxare et concedere dignemini perpetuo duraturas de gratia speciali.

Constitutionibus apostolicis, necnon regulis Cancellarie ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque; et cum clausulis oportunitis.

Ut in forma O.

Datum Florentie, sexto idus novembris, anno secundo.

5

1424, agosto 14, Galicano (cerca de Roma)

Francisco Fernández de Paredes de Nava, clérigo casado de la diócesis de Palencia, muy devoto de la Santa Catalina, desea fundar y dotar una capellanía en el altar de dicha Santa en la iglesia parroquial de Santa Eulalia de Paredes de Nava, por lo que se dirige al papa Martín V pidiendo dicha concesión o asignación para sí mientras viva y, después de su muerte para un pariente suyo y, finalmente, pueda disfrutar del mismo, el arcedianato de Palencia, concretamente el de Campos.

Reg. Suppl. 178, 24v.

Beatissime Pater. Cum devotus vester Franciscus Fernandi de Paredes de Nava, clericus coniugatus Palentin. dioc., ductus singulari devotione quam habet ad beatam Catherinam virginem et martirem, desideransque terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare quamdam perpetuam capellaniam in altari sub invocatione eiusdem Sancte infra ecclesiam parrochiam Sancte Eulalie dicte ville, sito, de bonis sibi a Deo collatis construere et ordinare, ipsamque capellaniam pro uno perpetuo capellano in ea perpetuo Domino servituro competenter dotare intendat atque proponat, supplicat igitur S. V., idem Franciscus quatenus, ipsum in hoc suo laudabili proposito confoventes huiusmodi capellaniam perpetuam in altari predicto construendi, fundandi atque dotandi, cuius quidem capellanie seu capellam in ea pro tempore instituendi presentatio ad ipsum Franciscum quoad vixerit eoque vita functo ad eius proximum consanguineum, collatio, ratio sive institutio ad arcedianatum de Campis pro tempore existentium in ecclesia Palentin. in cuius quidem arcedianatus districtu sive iurisdiccione villa prefata consistat, perpetuo pertineant et spectent, licentiam sibi et facultatem auctoritate apostolica dignemini misericorditer concedere et impartiri. Constitutionibus, etc.

Fiat ut petitur in forma iuris O.

Datum Gallicani Penestrin. dioc., decimo nono kalendas septembris, anno septimo

6

1428, abril 29, Roma

El rector y los clérigos de la iglesia parroquial de San Pedro de Cisneros, diócesis de León [prov. de Palencia], se dirigen al papa Martín V solicitando la anexión a

dicha iglesia de San Pedro la capilla que había sido una sinagoga, antes de la conversión de los judíos del lugar.

Reg. Suppl. 225, fols. 230v-231r.

Registra: Simonsohn, S., *The Apostolic See and the Jews. Documents 1394 – 1406.* (Toronto 1988) núm. 654, pp. 765-766.

Beatissime Pater. Exponitur Sanctitati Vestre pro parte humilium et devotorum vestrorum rectoris et clericorum, perpetuorum beneficiatorum in parrochiali ecclesia Sancti Petri, ville de Cisneros, Legionensis diocesis, quod, cum olim Iudei in dicta villa moram trahentes, haberent infra limites parrochie dicte ecclesie quandam synagogam seu domum orationis, Dei gratia postquam ad gremium Sancte Matris Ecclesie et fidem catholicam sunt conversi facta extitit capella, et sub honore et vocabulo Sancti Iacobi apostoli consecrata. Cum autem, Pater Sancte, dicta capella redditus aliquos non habeat, nec in ea est aliquod beneficium institutum, nec qui celebret officium, nisi devocione imbutus, supplicatur igitur S. V., pro parte ipsorum rectoris et clericorum humiliter, quatenus dictam capellam prefate ecclesie annectere et incorporare perpetuo, misericorditer dignemini de gratia speciali; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque; et cum clausulis oportunis.

Fiat ut petitur et committatur O²⁰.

Datum Rome apud Sanctos Apostolos, tercio kalendas maii, anno undecimo.

7

1435, junio, 2, Florencia

Pedro de Luna, preceptor de la Casa de Bamba del hospital de San Juan de Jerusalén, diócesis de Palencia, solicita del papa Eugenio IV la nueva posesión de dicha Casa que había quedado vacante por renuncia de Munio de Cabrera y cuyas entradas eran de 500 libras tornesas anuales.

Reg. Suppl. 306, fols. 244v-245r.

Beatissime Pater. Cum devotus vester Petrus de Luna, preceptor sive commentator domus de Bamba hospitalis Sancti Iohannis Ierusalemitan. Palentin. dioc. preceptoriam sive comendatoriam domus de Frexus dicti hospitalis Salamantin. dioc. tunc certo modo vacantem ordinaria auctoritate sibi collatam assecutus sit, ac teneat pacifice deputati, supplicat S. V. dictus Petrus quatenus sibi de preceptoriam sive commendatoria prefata cuiusque fructus etc. quingentarum librarum turonensium parvorum secundum communem // extimationem valorem annum non excedunt, sive per resignationem Munii de Cabrera extra Romanam curiam de sponte factam, sive alias quovismodo sive aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, ac generaliter vel specialiter reservatis, devolutis, et cuius status etc. litigiosum sit de novo providere dignemini, non obs-

²⁰ Otto Colonna = papa Martín V.

tantibus quod idem Petrus preceptoriam sive commendatoriam dicte domus de Bamba, cuius fructus etc, quingentarum turonensium similium secundum prefatam extimationem valorem annum non excedunt obtinet, ac constitutionibus apostolicis ac statutis, consuetudinibus et stabilimentibus eiusdem hospitalis ceterisque contrariis quibuscumque. Cum clausulis oportunis.

Concessum ut petitur in presentia domini nostri pape. C. Cervien.

Datum Florentie, quarto nonas iunii, anno quinto.

8

1446, septiembre 21, Roma

El papa Eugenio IV concede a las monjas clarisas del convento de Nuestra Señora de la Esperanza de Amusco, diócesis de Palencia, poder tener sacerdotes, regulares o seculares para que les absuelvan de todos los pecados "in articulo mortis", siempre que estén verdaderamente arrepentidas de corazón y observen y una serie de obligaciones referentes a los rezos y sufragios.

Reg. Suppl. 413, fols. 62v-63v.

Beatissime Pater. Ut animarum saluti devotarum vestrarum abbatisse et monialium professarum conversarum ac novitiarum... monasterium beate Marie de la Speança noviter predictam Leonorem viduam uxoremque quondam Domino Petri Manrique edificati loci de Famusco, ordinis Sancte Clare, Palentin. dioc.... ad verum articulum mortis ex quo decesserant... concedere et indulgere dignemini de gratia speciali.

Concessum ut petitur in mortis articulo... Concessum Io. Zamorensis.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, undecimo kalendas octobris, anno sexto decimo²¹.

9

1457, julio 9, Roma

El papa Calixto III concede siete años y cuarenta días de indulgencia en ciertas festividades litúrgicas a todos aquellos fieles que de alguna manera contribuyan a la reparación y adecentamiento de la iglesia de Santa María del Otero, cerca de la ciudad de Palencia, a la que el pueblo de esta ciudad concurre numeroso y con tanta devoción.

Reg. Vat. 461, fols.128r-128v.

²¹ Con data del 12 de septiembre de 1446 tenemos una Bula del mismo Papa Eugenio IV en la que otorga licencia para la fundación de un monasterio de clarisas en Amusco bajo la advocación de Santa María de la Esperanza. Para ello, doña Leonor, mujer de Pedro Manrique, Adelantado del reino de León, trasformó su palacio en monasterio para que en él morasen sus hijas y una sobrina, y por lo menos otras veinte religiosas. Cfr., HÜNTEMANN, U., *Bullarium Franciscanum*, Nova series, tomo I, Quaracchi 1929, pp. 508-509.

Calixtus etc.

Universis christifidelibus presentes litteras inspecturis, salutem etc.

Et si propheta dicente Dominum in Sanctis eius laudare... et super choros angelorum etiam exaltari. //

Cum itaque, sicut accepimus ecclesia beate Marie del Otero, extra muros Palentin., ad quam devotionis causa magna populi multitudo confluit, reparationibus, ornamentis ecclesiasticis, aliisque inibi valde necessariis et congruentibus indigere noscatur, ad que facienda ipsius ecclesie non suppetunt facultates, sed christifidelium suffragia maxime sunt oportuna, nos cupientes, ut ecclesia ipsa congruis honoribus frequentetur ac in suis structuris et edificiis reparetur ac ornamentis ecclesiasticis fulciatur, et ut fideles ipsi eo libentius devotionis causa ad ecclesiam ipsam confluant et ad reparationem et fulciamentum huiusmodi manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis eiusdem beate Marie festivitatis ecclesiam ipsam devote visitaverint annuatim ac ad reparationem et fulciamentum huiusmodi manus porrexerint adiutrices, septem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Presentibus post viginti duos annos minime valituris. Volumus autem, quod si alias ecclesiam ipsam visitantibus et ad reparationem et fulciamentum huiusmodi manus adiutrices porrigentibus aut inibi pias eleemosynas erogantibus, seu alias aliqua alia indulgentia in perpetuum vel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, presentes littere nullius existant roboris vel momenti.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno etc. millesimo LVII, septimo idus iulii, pontificatus nostri anno tertio.

10

1458, junio 22, Roma

Las monjas clarisas de Santa María de la Esperanza de Amusco vivían con mucha estrechez e incomodidad, por lo cual propusieron a la Santa Sede que se autorizase cerrar o suprimir el dicho convento de Amusco y trasladar la comunidad al lugar de Calabazanos (prov. de Palencia), donde existía un priorato de monjes benedictinos, dependientes del monasterio de San Benito de Valladolid. Pídese la supresión del priorato, la instalación en los edificios del mismo de las clarisas de Amusco y la fundación en Calabazanos de un nuevo convento de la Orden de Santa Clara con el título de Nuestra Señora de la Consolación.

El papa Calixto III encarga al obispo de Coria y al arcediano de Valpuesta en la iglesia de Burgos, que negocien este traslado de Amusco a Calabazanos, entendiéndose con los Benedictinos. Dispone además que el convento de Amusco no sea abandonado totalmente sino que sea dado a otros religiosos.

Reg. Vat. 452, fol. 312.

Publica: Pou y Marty, J., *Bullarium Franciscanum*, Nova series, tomo II, Quaracchi, 1939, pp. 236-237).

Venerabili fratri episcopo Caurien. et dilecto filio archidiacono de Valpuesta in ecclesia Burgen.

Romani pontificis providentia etc.

Sane exhibita nobis nuper...

Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno ... 1458, X kalendas iulii, ... anno IV.

11

1415, enero 29, Valencia

El papa Benedicto XIII de Aviñón confiere a Juan de Cervantes, bachiller en leyes y noble, el arcedianato de Calatrava, pero tendría que dejar la abadía de Hermidas con el canonicato y prebenda que tenía en Palencia.

Reg. Suppl. 104, fol. 127.

1415, febrero 14, Valencia

El papa Benedicto XIII de Aviñón otorga la abadía de Hermidas en la diócesis de Palencia a Pedro de Bocanegra, bachiller en leyes.

Reg. Suppl. 104, fol. 242r.

1419, enero 18, Mántua

El papa Martín V manda abrir la información sobre la culpabilidad de Pedro de Bocanegra, abad de Hermidas, en la muerte de Juan García de Camargo²².

Reg. Suppl. 120, fol. 50v.

1424, marzo 1, Roma

Pedro Bocanegra, abad de Hermides, diócesis de Palencia, se dirige al papa Martín V solicitando la posesión del beneficio sin cura de almas en Santa María de Mondéjar, diócesis de Toledo.

Reg. Suppl. 173, fols. 67v-68r.

Dignetur S. V. collationem seu provisionem ordinariam ac possessionem, inductionem et omnia inde secuta devoto vestro Petro Bocanegra, abbati de Hermides

²² Juan García de Camargo, canónigo de Burgos, estudiante de cánones en Salamanca; herido por los familiares de Pedro de Bocanegra en Salamanca un 27 de agosto 1413. Revive la acusación de culpabilidad en la muerte de Juan García de Camargo suscitada por un amigo del escolar difunto, quien con ese pretexto aspira a despojarle de la abadía de Hermidas (21 de enero de 1419).

in ecclesia Palentina, de beneficio servitorio sine cura Sancte Marie de Mondejar Tole-
tan. dioc. certo modo prout // in Cancellaria exprimetur vacans, factas rutas et gratas...
eidem Petro dignemini misericorditer providere...

Datum Rome apud Sanctum Petrum, kalendis martii, anno septimo.

1426, febrero 28, Roma

*El papa Martín V confirma la sentencia dada por el juez escolástico de Sala-
manca en la acusación promovida contra Pedro de Bocanegra, abad de Hermidas.*

Reg. Lat. 262, fol. 23v.

1430, mayo 27, Roma

*Pedro Bocanegra, capellán del rey Juan de Castilla, se dirige al papa Martín
V para que le dispense de tres 'incompatibles', es decir, la tenencia del decanato de
Cuenca, la abadía de Hermidas y, desde hacía poco tiempo, a instancias del rey había
sido presentado ante el obispo de Burgos también para la adquisición de la abadía
secular de Santillana del Mar, y las pueda poseer por toda la vida, y no ya por un año.
El papa le concede solo por un año.*

Reg. Suppl. 258, fols. 242v-233r.

12

1458, noviembre 9, Roma

*Rodrigo Borja, diácono cardenal de Santa Romana Iglesia y administrador de la
abadía y de la iglesia parroquial del pueblo de Hermidas, se dirige al papa Pío II solici-
tando siete años y cuarenta días de indulgencia en favor de todos aquellos fieles que de
alguna manera ayuden a la reparación y nueva reedificación de dichos recintos sagrados.*

Reg. Suppl. 514, fol. 176r.

Beatissime Pater. Cum parrochialis ecclesia opidi de Hermidas, Palentin. dioc.,
in suis edificiis et structuris non modicum sumptuosa sit, et fructus et reditus et pro-
ventus dicte ecclesie pro eius reparatione et manutentione non suppetunt nec habundant,
ad cuius reparationem et novam redificationem christifidelium non modicum suffragia
sunt necessaria et oportuna, supplicat S. V. devota creatura vestra R[odericus] tituli
Sancti Nicolai in Carcere Tulliano, diaconus cardinalis ac sacrosancte Romane Ecclesie
vicecancellarius ac amministrator abbacie et dicte ecclesie dicti opidi de Hermidas qua-
tenus, omnibus et singulis christifidelibus, qui ecclesiam ipsam in diebus Sancti Iohan-
nis Baptiste et Evangeliste ac in omnibus festis virginis Marie devote visitaverint et ad
hismusodi reparationem et manutencionem manus benigne porrexerint adiutrices, sep-
tem annos et totidem quadraginta (*sic*), que tractu temporis non expirent, concedere ac
elagiri dignemini de gratia speciali. Cum clausulis oportunis.

Fiat ut petitur, ad viginti annos E.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, quinto idus novembris, anno primo.

13

1458, noviembre 9, Roma

A instancias de Rodrigo Borja, cardenal, vicecanciller y administrador de la abadía del lugar de Hermidas [Hermida], el papa Pío II otorga siete años y cuarenta días de indulgencia a los fieles que en determinadas fiestas de la Virgen y de los Santos contribuyan con sus limosnas a la reparación y manutención de las estructuras de la iglesia parroquial del lugar de Hermidas, puesto que los ingresos de dicha iglesia son insuficientes y escasos. Concesión válida por veinte años.

Reg. Vat. 471, fols. 335r-335v

Pius etc.

Universis christifidelibus presentes litteras inspecturis, salutem etc.

Ecclesiarum fabricis manuum porrigentibus...

Cum itaque, dilectus filius noster Rodericus Sancti Nicolai in Carcere Tulliano, diaconus cardinalis Sancte Romane Ecclesie²³ vicecancellarius ac abbatie loci de Hermidas, alias de Hermides nuncupate, in ecclesia Palentin., administrator nobis sua petitione monstravit parochialis ecclesia loci prefati in suis structuris et hedificiis non modicum sumptuosa existit, ac fructus, redditus et proventus ipsius ecclesie pro eius reparatione et manutentione debitis ipsius supportatis oneribus non suppetentur et ad illius reparationem et manutentionem ac constructionem christifidelium suffragia sunt plurimum oportuna, nos cupientes, ut ipsa ecclesia congruis honoribus // frequentetur et ut fideles ipsi eo libentius confluant ad eandem et ad eius reparationem et manutentionem ac constructionem manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie conspexerint se reflectos, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in omnibus et singulis beate Marie Virginis, necnon sanctorum Iohannis Baptiste et Iohannis Evangeliste festivitibus prefatam ecclesiam devote visitaverint annuatim, ac ad reparationem, manutentionem et constructionem huiusmodi manus porrexerint adiutrices, ut prefertur, septem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Presentibus post viginti annos minime valituris. Volumus autem quod si alias visitantibus dictam ecclesiam vel ad eius reparationem sive fabricam manus porrigentibus adiutrices, seu pias eleemosynas erogantibus, aut alias aliqua alia indulgentia in perpetuum vel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, presentes littere nullius existant roboris vel momenti.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno etc. quinto idus novembris, anno primo.

²³ Rodrigo Borja, hecho cardenal con el título de San Nicolás in Carcere Tulliano. Futuro papa Alejandro VI.

14

1460, mayo 26, Macereti (Siena)

Puesto que la iglesia de Santo Tomás de Fuentes de don Bermudo, diócesis de Palencia, antes pingüemente dotada, pero debido a las guerras, a las pestes y a la mortandad se encontraba arruinada y sus bienes habían venido a caer en manos de laicos, por lo que Juan de Ramoso, clérigo palentino, solicita del papa Pío II poder acceder al título o encomienda de dicha iglesia que quiere reconstruir, y para ello obtiene también la facultad de obligar a los laicos a restituir los bienes que pertenecen a dicha iglesia, incluso a través del brazo secular.

Reg. Suppl. 530 fols. 247v-248r.

Beatissime Pater. Cum ab antiquo ecclesia Sancti Thome, loci de Fuentes de Don Bermudo, Palentin. dioc., opulenter dotata extitit, tamen propter guerras, *mortalitates*, *pestes* et alia inconvenientia, que diu, proh dolor!, in illis partibus vigerunt, colapsum ac ad aream incensum et demolitum existit, fructusque redditus et proventus, possessionum terras, vineas et quecumque alia bona et emolumenta ecclesie huiusmodi spectantes et pertinentes et ipsius quomodolibet provenientia, nonnullae persone tam nobiles quam alie laice et incole illarum parcium ad eorum voluntatem percipiunt, exigunt et levant ac in suos proprios usus dampnabiles convertunt, in eorum animarum periculum et vilipendium totius ecclesiastice religionis, ne autem, Pater Sancte, ecclesiae huiusmodi totaliter ruinet et possessiones, terre, fructus, redditus et proventus in manibus personarum predictarum remaneant et omnino devenient et ab ipsis usurpentur, supplicat S. V. devotus orator vester Iohannes de Ramoso, clericus Palentin. dioc., in decretis baccalarius et de militari genus procreatus devoteque creature vestre N. tituli Sancte Cecilie presbyteri cardinalis familiaris, continuus commensalis, quatenus sibi, qui dictam ecclesiam reedificare et de novo construere, specialem gratiam facientes, dictam ecclesiam, que sine cura est et cuius fructus etc. centum librarum turonensium parvorum secundum communem estimationem annum non excedunt, in titulum vel in commendam concedere, et quod idem Iohannes orator predicta bona ubique perquirere et possessionem intrare possit et valeat, facultatem et auctoritatem concedere ac etiam omnibus et singulis possessionum terras etc. et bona quecumque dicte ecclesie, ut premissum, spectantia et pertinentia ut ad dictam ecclesiam sub pena excommunicationis aliisque generibus censure et penis restituere debeant, et possessionem evacuare inhibere, cum invocatione auxilii brachii secularis, si opus fuerit, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque, in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. Cum clausulis // oportunis.

Fiat ut petitur. Et cum invocatione auxilii brachii secularis, ut prefertur.

Fiat E²⁴.

Datum Macereti dioc. Senen., septimo kalendas iunii, anno secundo.

²⁴ Eneas Piccolomini = Pío II.

